



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare sub dupli specie. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Est enim ibi species panis & vini, sicut & sapor  
Vnde aliud videtur, aliud intelligitur.

*Quare sub alia specie.*

E

Sub alia a specie tribus de causis carnem & san- Greg. in  
guinem tradidit Christus, & deinceps sumendum principio.  
instituit: ut fides sc. haberet meritum, quæ est de hom. 26.  
his, quæ non videntur: quia fides non habet me- Ioan. 20. in  
ritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Euangelio.  
Et ideo etiam ne abhorret animus, quod cerne-  
ret oculus: quia non habemus in vsu carnem cru-  
dam commedere, & sanguinem bibere. Quia ergo Paschatus  
Christum vorari dentibus fas non est, in mysterio in princip.  
carnem & sanguinem nobis commendauit. Et etiam t. 12. lib. de  
ideo; ne ab incredulis religioni Christianæ insulta- corpore  
retertur. Vnde Aug. Nihil rationabilius, quam vt san- Christi.  
guinis similitudinem sumamus: ut & ita veritas nō  
desit; ridiculum nullum fiat à paganis, q[uod]a cruentum  
occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne Paschatus  
veluti quidam horror etiam cruentis, in similitudinem in princip.  
accipim⁹ sacramentū. Ex præmissis iā liquet, qua- cap. 12. lib. de  
re sub alia specie, & quare sub ista hoc sacramentū corpore  
Dñs celebrauerit, & celebrari à nobis instituerit. Christi.

*Quare sub dupli specie.*

F

Sed quare sub dupli specie sumitur, cū sub al- Glossa ord.  
terutra totus sit Christus? Ut ostendetur totā hu- 1. Cor II.  
manam naturā assumpisse, ut totā redimeret. Pa- Accipite &  
nis n. ad carnem refertur, vinum ad animam: quia manduca-  
vinum operatur sanguinem in quo sedes animæ à in comment.  
Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus specieb⁹ ad 11. c. ep. ]  
celebratur, ut anime & carnis suscepio in Christo, Cor. II. Moys.  
vt vtriusq; liberatio in nobis significetur. Valet n. item Dominus  
vt Amb. ait, ad tuitionem corporis & animæ quod annunciat⁹  
percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, tis, t. 5.  
sanguis vero pro anima nostra offertur, sicut præ-  
figurauit Moyses. Caro, inqt, pro corpore nostro  
offertur, sanguis p[ro] anima: sed tamē sub vtraq[ue] spe-  
cie sumitur totus: quod ad vtrumq[ue] valet, quia sub.

Aaa 5

vtraque

Paschafius  
in princip.  
6.16. de cor-  
pore Christi  
lib. de cō. di.  
2. cap. ubi  
parsest.  
Glos. ord.  
1. Cor. ii.

vtraque sumitur Christus. Sed si in altera tantum su-  
meatur, ad alterius tantum, id est, anima vel cor-  
poris, non vtriusque pariter, tutione valere signifi-  
caretur. Sub vtraque specie tamen totus sumitur  
Christus, nec plus sub vtraque, nec minus sub altera  
tantum sumitur. Eadem n. ratio est, vt ait Hil. in  
corpore Christi, quae in manâ præcessit. De quodici-  
tur. Qui plus collegerat, non habuit amplius; nec  
qui minus paraquebat, habuit minus. Et licet sub v-  
traque specie sumatur totus Christus, tamen non sit  
conuersio panis nisi in carnem, nec vini nisi in san-  
guinem. Nec debent dici duo sacramenta, sed v-  
num: quia sub vtraque specie idem sumitur. Neque  
dabit iterari sacramentum, quia benedictione non  
repetitur super speciem eandem. Neque aliæ substâ-  
tiæ in sacrificium veritatis offerri debent; quia de  
aliis non potest consecrari corpus Christi vel sanguis.

Quare aqua admisceatur.

Décon. di. 2.  
e. cū omne  
Apoc. 17 d  
Ca. 1, conci.  
lij Brachare  
vertij.

Aqua vero admiscenda est vino, quia aqua po-  
pulum signat, qui per Christi passionem redemptus  
est. Calix ergo dominicus iuxta canonum præcep-  
tum, aqua & vino mixtus debet offerri: quia vi-  
demus in aqua populum intelligi, in vino ostendi  
sanguinem Christi. Cum ergo in calice vino aqua  
misceatur, Christo populus adunatur, & credentium  
plebs ei in quem credit copulatur: quae copulatio  
aqua & vini sic misceatur in calice Christi, ut mix-  
tio illa non possit separari. Nam si vinum quis ta-  
tum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.

Iulius Papa.

Décon. di. 2.  
e. non debes  
id habetur,  
eodem c. 1.  
concilij  
Brachare.  
3. paulo in-  
ferius.  
Cyp. epist. 3.

Si vero queritur. An irritum sit, quod geritur, si  
aqua prætermittatur? Audi quod sequitur in eodem  
canone. Non potest, inquit, calix Domini esse aqua  
sola, aut vinum solum, nisi vtrumque misceatur. Ité-  
Cyp. Calix Domini non est aqua sola, aut vinum  
solum, nisi vtrumque misceatur: sicut nec corpus  
Domini potest esse farina sola, nec aqua sola, nisi v-

trum-